

## quadratus versus iambicus catalecticus

VARRO frg. 39 (GRF 202) Funaioli ap. RUFIN. GL VI 556. 14 sqq.) idem Varro in eodem septimo de lingua latina ad Marcellum sic dicit: «At in extremum senarium totidem (*scil. quot senario antepositi quadratum tragicum faciunt*) semipedibus adiectis fiet comicus quadratus, ut <est> hic: (Ter. *eun.* 539)  
heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeo».

CAES. BASS. GL VI 263. 12 sqq. = fr. \*6. 220 sqq. (GRF 140) Mazzarino septima divisio hendecasyllabi talis est: (lyr. inc. 45 [FPL 429] Blänsdorf)  
vivi ludis habes amas amaris.

nam quattuor syllabis prioribus detractis, quae accidere possunt heroo incipienti cuilibet, relinquitur ‘habes amas amaris’, par anacreonteo metro, quod est syllabarum septem. constat ex tribus iambis et semipede: particula est posterior hipponactei versus iambici quadrati, quem dixi (*nusquam in fragmento Bassii nobis servato*) a comicis antiquis et latinis et graecis interponi frequentissime sic:  
quid maestus incedis Micon? habes, amas, amaris.

CAES. BASS. GL VI 266. 4 sqq. = fr. \*6. 303 sqq. (GRF 143) Mazzarino sed ex omnibus istis (*scil. saturniis*), qui sunt asperrimi et ad demonstrandum minime accommodati, optimus est quem Metelli proposuerunt de Naevio aliquotiens ab eo versu lacesiti: (FPL p. 72 Blänsdorf)  
malum dabunt Metelli Naevio poetae.

hic enim saturnius constat ex hipponactei quadrati iambici posteriore commate et phallico metro. hipponactei quadrati exemplum:  
quid immerentibus noces, quid invides amicis?.

nam ‘malum dabunt Metelli’ simile est illi ‘quid invides amicis’, cui detracta syllaba prima facit phallicon metrum, ‘invides amicis’. ex quibus compositus est hic saturnius, ut sit par huic:  
quid invides amicis, invides amicis,

hoc modo:  
malum debunt Metelli Naevio poetae.

TER. MAUR. GL VI 396. 2371 sqq.  
Archilochus autem creticum sicut dedit,  
aeque trimetro iunxit Hipponax pedem  
novissimum trisyllabum ex prima brevi,  
longis duabus: antibacho nomen est.  
exemplar eius tale possis (-it *trad.*) fingere:  
(cf. Catull. 4. 1 et [Verg.] *catal.* 10. 1)  
‘phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus’  
quadratus ut sit, parte ab ima claudicat;  
erit quadratus reddita novissima:  
‘phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus est’.

TER. MAUR. GL VI 397. 2429 sqq.  
vicissim et ille qui quadratus claudicat  
et in trimetro claudicare sic potest:



quadratus versus iambicus catalecticus

‘phaselus ille quem vides Sabinus est’,  
‘phaselus ille quem vides Sabinus.’

TER. MAUR. GL VI 411. 2901 sqq.

at quae septima fit tome (*scil.* phalaecii hendecasyllabi), videtur  
Hipponactis habere claudicantem,  
quem supra (v. 2376) posui. quod ipsa iam nos  
versus formula posta perdocebit,  
‘carmen nemo facit meo Sabino’.  
‘carmen nemo’ potest heroum reddere versum:  
‘carmen nemo dabit, magno quod par sit Homero’;  
claudum est porro ‘facit meo Sabino’:  
nam reddo partes, ut quadratus claudicet, <priores>  
partemque et istam, versus hic ad hunc modum sonabit:  
‘quis carmen aut versum novum facit meo Sabino?’  
‘phaselus ille quem vides, facit meo Sabino’.

APTHON. GL VI 135. 14 sqq. itaque ut Archilochus creticum iambico tri-  
metro praeposuit, ut faceret tetrametrum trochaicum, ita Hipponax trimetro  
iambico ultimum adiunxit antibacchum ex prima brevi longis duabus, ut face-  
ret tetrametrum iambicum comicum, velut

trahuntque magni<s> navitae clamoribus  
trimeter; addo ‘carinas’, fiet quadratus catalecticus, qui ex iambo natus ad finem  
quoque idem manebit.

DIOM. GL I 504. 13 sqq. sane huic metro ternario (*scil.* iambico) si accesserit  
quarta dipodia, fit versus quadratus, qui per combinationem quater feritur, eo-  
sdem recipiens pedes quos iambicus ternarius, aequae tragediae comoediaeque  
conueniens; et habet vero in se catalecticum et acatalect[ic]um. in hoc metro  
tam inseritur in fine pariambus quam excluditur choriambus. [M.D.N.]